

appropriata eciam extra capitulum generale et decima in Arberghe et duo mansi ibidem capelle sancti Stephani in Hildensem appropriati eciam extra capitulum generale.

Item ante tempus predictum ordinatum per predictum dominum Hinricum episcopum fuit et capitulum de pistoribus in Hildensem, quod nullus vendat panem luffen vocatum nisi certis temporibus et eciam extra illa tempora nullus vendat panem in Hildensem nisi sit de unione pistorum; et una area et unus mansus rectoribus archidiaconatus in Lende¹⁾ appropriatus pro se ipsis procurandus et per capitulum et me domus vidue vocate de Schildesche appropriata scholaribus extra capitulum generale et de dimidio manso in Utze²⁾ extra capitulum generale ordinatum, ut in perpetuum ad ecclesiam in Utze pertineat; sed de illo dimidio manso nescio an antea ad ecclesiam Hildensemensem pertineret proprietas, sed hoc credo. Ad canonicatum et alius ad monachatum manumissi et Bernhardus dictus de Rutenberghe et filii et filie eius sub generalitate manumissi, (sic) sed in locum eorum unus solus subrogatus et Henning de Dusne et uxor eius et liberi eius, si servituti essent astricti, racione unius mansi in campis Blekenstede ad obedienciam in Ghermersen³⁾ pertinentem manumissi et quidam de Clowen ad custodiam pertinens manumissus et hec per capitulum cum aliis multis.

Item ante predictum tempus per episcopum et capitulum quoddam beneficium, quod vulgariter hovelendicitur, unde peragitur festum corporis Christi, dotatum⁴⁾ cum sedecim mansis extra capitulum generale, sed nescio, utrum mansi illi fuerint feudales antea necne et appropriacio facta quinque mansorum antea feudalium in campo ville Billum⁵⁾ cum una area in villa Alten⁶⁾

1) Wester-Linde.

2) Utze.

3) Garmjen.

4) vgl. Lintzel, l. c. 324.

5) Bilm.

6) Hlden.